

futurum judicabat, si, summos in Theologia honores petendo, qualis quantusque esset, publice aliis quoque demonstraret. Itaque a. MDCCCVIII. Altdorfium se contulit, & a Summe Reverendo Academiae hujus ordine Theologico diligentissime examinatus, doctissimamque, quam *de fidei πληροφoρεια* conscripserat, dissertationem cum maxima omnium admiratione a. d. VIII. Id. Aug. tuitus, Licentiatus Theologiae, cunctis applaudentibus, fuit renuntiatus. Perhonorificum Ordinis Theologorum Altdorfinorum hac de re testimonium sic se habet:

DECANVS FACVLTATIS
THEOLOGICAE

IN ACADEMIA NORICORVM
ALTDORFINA

GVSTAVVS GEORGIVS
ZELTNER,

S. S. THEOL. D. EJVSDEMQVE ET
LINGG. OO. P.P. ORD. NEC
NON V. D. M.

COLLEGII THEOLOGICI NOMINE
L. B. S. P. D.

Quod